

SANCTISSIMI IN CHRISTO

PATRIS ET DOMINI NOSTRI DOMINI

BENEDICTI

DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ XIV.

LITERÆ DECRETALES

SUPER

CANONIZAZIONE




BEATI FIDELIS
A SIGMARINGA

SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS FRATRUM MINORUM

S.FRANCISCICAPPUCINORUM

NUNCUPATORUM

Praefecti Missionis Apostolice in Rhaetia, & Sacre Congregationis de Propaganda Fide Proto-martyris.



Romæ, MDCXLVI. Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ

Et per eum, Excussum Granatæ. In Typographia Josephi de la Puerta.

ОГЛАШЕНИЕ ПОДДЕРЖАНИЯ СИСТЕМЫ ПОДДЕРЖАНИЯ

Министерства здравоохранения

Министерства труда и социальной политики

Министерства по делам молодежи и спорта

Министерства по делам национальностей и архангельской области

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.



INEA ELECTA, QUAM PLANTAVIT DEXTERA
Domini, cuius unica vitis Christus, tot autem palmites,
quotquot in Christo radicati Fideles interiori
gaudent ipsius vivificæ nutritionis illapsi, providam
circum se Cœlestis Agricola curam & sollicitudinem in
eo potissimum experitur, quod omnes palmites non
ferentes fructum, justo judicij rigore succidi & tol-
li; fructiferos vero atque feraces, ut fructum plus
afferant, salubri ac pia severitate purgari, nunc qui-
dem occulte perfentit, nunc autem apertius atque

Exordium.

evidenter agnoscit. Hanc sanè aquabilem Divine simul iustitia bonitatique
rationem manifeste agnoscimus in præclaro Beati Martyris Fidelis certamine;
in quo & detestantes miramus eorum duritiam cordis, obsecrataisque fæ-
tiam, qui à f' lici, qua portabantur, radice, suā culpā semel excisi, oblatam
sibi à Domino pacem & gratiam pervicaciter repulerunt, Angelum vero pacis,
evangelizantem sibi bona, apprehensum & casum occiderunt; & illius trium-
pho plaudentes gratulamur, qui in Dei & Ecclesiæ charitate fundatus, post mul-
tos bonorum operum fructus, animam dēnum ac vitam suam, oblationem ac-
ceptam Domino meruit exhibere. Sicut enim illi vesano erroris spiritu in furo-
rem acti, & sanguinem justi per summum scelus effundentes, satis declararunt,
nequamque se ad Regnum dilectionis Filii Dei pertinere; ita dum gloriosus
Martyr pro Catholicorum Dogmatum integritate, & errantium proximorum
salute, perpetuos labores, ærumnas, pericula, mortem denique ipsam fortiter
subiit, profecto vitam suam, non tam inimicorum ferro præcisata amississe, quam
veluti matur Cœlestibus horreis fructum, in manus Dei deposituisse dicendus est.

Hunc itaque Beatum Virum, Catholicæ Fidei præconem, adfertorem,
Martyrem, solemni iudicio Nostro, cum Venerabilium Fratrum Nostrorum S.
R. E. Cardinalium, nec non Patriarcharum, plurimorumque Archiepiscopo-
rum, & Episcoporum Rome congregatorum consilio & assensu, agnitum atque
probatum, Apostolica Auctoritate humilitati Nostræ divinitus concessa, uni-
versæ Ecclesiæ Dei colendum & venerandum proponimus: Qui Sigmariaq; Conf-
tantensis Diocesis in Svevia Oppido, honesta Rojorum stirpe, Catholicis piis-
que parentibus ortus anno Domini MDCXXVII., & salutari lavacro tempesti-
ve regeneratus, innocenter exacta pueritia, & sequenti atate in honestissima-
rum disciplinarum & scientiarum studiis cum laude transfacta, nobilibus deinde
Adolescentibus Italianam Galliamque peragrantibus comes & gubernator datus,
sex fermè annorum spatio, tum eorum, tum propria traditioni & virtuti pro-
movenda, fedulam navavit operam. Mox utriusque juris lauream Friburgi adep-
tus, Advocati munus Ensisheim in Alsatia professus est. Verum quum ipsius
animus desideriis sæcularibus, tenuitquam inhaerens, ad Christianæ perfectionis
studium interiori Dei voce traheretur: turbulentas Fori controversias, atque
suspecta negotia citò dimisit, seque Divinis obsequijs plenissime dedicatus,
sacris simul Ordinibus iniciari, & in religiosam familiam Fratrum Minorum S.
Francisci Cappuccinorum admitti postulavit. Utiusque voti compos effectus;
post primum Missæ Sacrificium die Festo ejusdem S. Francisci religiosissime
peractum, arctioris Instituti habitum argue rationem, novumque FIDELIS no-
men

*Sancti Fidelis ora-
tus, & vita ante
ingressum in Reli-
giōnem.*

*Cappuccinorum
Religionem Ingre-
ditur.*

men (quam ante Marcius vocaretur) velut in spicium præclaræ Eidei, quam Deus & Ecclesia usque ad mortem preservatus erat, assumptis.

Evangelica paupertatis, continentia, obedientia que vota, ad quæ totæ confituti Tyrocinii decussu, omnium virtutum exercitatione se comparaverat, eo spiritu emitis, ut semper hoc ipsum inter maxima erga se Divinæ largitatis beneficia commemoraverit, quod ad ea profienda vocatus fuerit, & admissus. Quare de ipso forum implemento domini ex parte sollicitus, & quin privatam in Coenobio vitam ageret, Regularis vita disciplinam summo studio atque humilitate servavit & quin deinceps ex obedientia, Conventus Veldkirchensis regimini diu presuit, confussum se perfectionis Magistrum aliis etiam exhibuit; pro Dei gloria, & Animatum salute zelo flagrans, in exhortandis ad pietatem & concordiam Fratribus alacer, in corripendis cum mansuetudine potens, in obeundis pro subditortum cura & levamine abjectis qribuscumque ministeris, laboriosus & humiliis. De sua vero perfectione & salute super omnia sollicitus, assiduis fuit in tercio Divinaram meditatione; Ideoque cæteris, post nocturna præcium & kaudationum officia è Choro discendentibus, ipse in Ecclesia flexis genibus coram Sanctissimo Sacramento ad auroram usque in oratione Dei perseverare consuevit; Insuper, præscripta Horarum Canoniarum psalmodia minimè contentus, duo alia Officia, nimis de Beatisima Virgine Maria, & de S. Francilco Patrarcha suo, quotidie recitabat. Quod autem tamen a Domino agitabatur, ut sibi daretur vitam ab omni peccati labore immunem traducere, id, ut seculius obtinere meretur, corpus suum cilicis aliisque voluntarijs castigationibus afflictum perpetuâ fere inediâ extenuabat, non ea tantum jejania exactissime observans, quæ ex legibus sui Ordinis maximam anni partem comprehendere dignoscuntur, sed iis etiam id ultero adjiciens, ut solemnibus Adventus & Quadragesima jejunis, & Sanctorum quorundam peregrinacij a quocumque obsonio abstinenter, tum reliquis omnibus per annum Secundis, Quartis, & Sextis Feriis, solis leguminibus vescitaret: In Deiparæ vero & Sanc-torum Ordinis S. Francisci peregrinacij, pane tantummodo & aqua vesceretur; nec nisi sub vespere plerunque cibo lese reficeret. Sotino tandem ita parco utebatur ut tribus, aut quatuor ad summum horis dormiendo transactis, reliquæ noctis partem orationi, lectio[ni], scribendiisque concionibus tribueret.

Quæ quidem, atque alia plura interiorum virtutum exercitia quum FIDELI Dei Servo assida & perpetua tuisce, probatum fuerit; mirari satis non potauimus, quomodo idem, dilatatis charitatis sua spatis, adeo se totum proximorum salutem promovende tradidit, ut quasi nil aliud egiisse, nil aliud cogitasse toto vita sue tempore videatur. Quum enim à primis usque Religiose professionis annis, exacto Theologia curriculo, Sacramentalibus Fidelium Confessionibus excipiendis, & Predicationi verbi Dei operam dare iussus fuerit, difficile dictu est, qua diligentia & labore, quo libertate ac zelo, qua contentione, quo fructu, eximias hasce Sacerdotalis officii partes omni tempore impleverit. Omnia viciniora genera, pravas omnes consuetudines immaculatis Christiana sanctimoniæ legibus adversantes, quæ fidelibus exhortationibus, quæ liberori voce, & mirabili quadam eloquentia vi infectatus, novos populo mores induxisse visus est. Præcipuum vero curam studiumque adhibuit in investigandis Hæreticorum impietatibus aofallaciis, si quem forte aditum in Catholicorum animos, vel per seductorum fraudes & artificia, vel per Diaboli fugaciam, & ultroneam præsumptionis temeritatem, illi patetieri posse dubitaret; eisdemque proffigandis, nec suâ tantum opera, sed Magistratuum quoque, ac Principum auctoritate, undequaque eliminandis fugandisque feliciter adlaboravit.

Deindeq[ue] charitatis sue plenitudinem ad externum quoque Proximorum levamen & auxilium extensens, omnes calamitosos paterno sinu complexus, panperut numerosos greges collectis undique elemosynis sustenabat; Pupillorum ac Midoruarum soliditudinem, comparata eisdem Potentiorum ac Principum ope, sublevabat; Carderibus inclusos, omnibus, quibus poterat, spiritualibus & corporalibus soladi invare, agrotos quoslibet scelido invisere, recreare, ac Deo conciliatos ad extreman subeundam luctam armare non desistebat.

Quo

Ipsius virtutes.

Charitas erga Primum singularis.

Quo quidem in genere nullum habuit ubiiorum intritorum segetem , quam quum Austriae exercitus in iis Regionibus stationes habens , epidemicu morbo universum ferre correpsit , miserandum de fe pabulum languoribus ; & mortis præbebat . Tunc enim videre licuit , qua charitatis flamma succensus FIDELIS esset , dum horrendas morborum & funerum species minimè refugiens , agrotos Milites singulatim invisere , solari , eorum ulcera contrectare , tabem & pedorem abstergere , cibos ac medicamenta ipso suppeditare , denique Ecclesiæ Sacra-
ta indefessio studio ministrare , in deliciis habuit .

Quum itaque Sandissimus Salvator Nostri exemplis atque præceptis tam accurate infistens , dupli dilectionis spiritu se plenum ostenderet , id optimo jure assequutus est FIDELIS , ut ad Apostolici muneri consortium , Divino confilio , Superiorum judicio , Romanae Sedis auctoritate , adlegeretur ; quo tandem eximia sua charitatis , cuius illustria diu dederat specimen , heroicum illum actum exploraret , quo sane maiorem nemo prestat , ut animam suam ponere pro Dei gloria & proximorum salute . Quum etenim fel. recordat . Prædecessores Nostri Romani Pontifices Paulus V. & Gregorius XV. decreverissent , graffanti per conterminam Italiam Rhætiam Hæreticorum dogmatum contagioni , per Orthodoxæ doctrinæ prædicationem , salutaria admovere remedia , & validum simul aggerem , ne latius error propagaretur , objicere ; visum est ex Cappuccinorum potissimum Familiæ delectos Viros , ipso præside ac duce FIDELI , in hujusmodi opus designare , qui animas diabolica fraudem deceptas ad Ecclesiæ gremium revocare , eas verò , qua Dei beneficio à pestifera labe adhuc servabantur intacte , in sanctæ Religionis Fide conservare niterentur .

*Missionibus in
Rhætia præficitur.*

Hic verò excelsa FIDELIS virtus , quæ antea velut angustis conclusa limibus se continerat , tamquam latissimo sibi aperto ad currentum studio , totam se exseruit , & plenissime manifestavit . Nec enim assequi dicendo possumus , quo animi fervore ac zelo , quam invicta patientia atque constantia , quam assiduis durisque laboribus , impositum sibi munus fuerit executus ; nunc stantes in fide confirmans , nunc nutantibus opportune succurrens , hic lapsos ad penitentiam revocans , illic obfirmatos in impietate cum omni fiducia increpans & impugnans , non modo in Catholicorum Ecclesiis , sed in ipsis quoque Hæreticorum Aedibus , per vicos præterea , atque plateas , per domos & rustica-
na tuguria , per aspera & invia montium , in sudore & angore , in fame & frigore & nuditate , in periculis & vita discrimine ; itaut admirabilis zeli , sanctitatis , atque doctrinae cestimonium ab ipsis etiam stupentibus Hæreticis extorqueret .

Excitabat eum ad præclaros exantlandos labores , non modo suscepiti officii sublimitas , & uberrimus animarum fructus , quem in multis quotidie Hæreticis ex omni ordine atque etate ad Ecclesiæ sinum redeuntibus aperte cernebat ; verum etiam occulta quædam & blanda spes illius obtinendi finis , quem multò ante sibi propositum , & votis ardentibus expetitum , vix tamen se aliquando affecturum fore putaverat , ut scilicet dignus efficeretur pro nomine Christi sanguinem & vitam profundere .

Et quidem non diu tulit humani generis hostis , hunc sibi Virum tot prædas è fauibus eripere , dumque fiduciam conceperat , novas in dies Nationes , nova Regna in suam potestatem se redacturum , jam fere sibi ab acquisitis imperio suo terris migrandum esse . Videns ergò FIDELEM plura quotidie ad destructionem erroris , & Catholicæ veritatis propagationem utiliter constitue-
re , ejusque confilia incredibili populi voluntate , auctoritate quoque Principis in tota Regione constabiliiri , nonnullos ex pervicacissimis impietatis sectatori-
bus diabolico furore complevit ; misitque in cor eorum , ut Virum Dei , profa-
norum dogmatum rituumque destructorem , Apostolicæ Missionis ducem , de medio tollerent . Qui quum novissent eum in quodam Oppido , Luceyn nomine , commorari , miserunt ad ipsum aliquos ex vicino Sevienti Pago , qui pieta-
tem verbo simulantes , rogarunt eum , ut proximo die Dominico , ad eorum Ec-
clesiam concionaturus se se conferret ; ostendentes haud inutilem apud ipsis fore salutaris doctrinæ prædicationem . Quamvis autem multa essent , quæ insi-
diarum suspicionem FIDELI meritò facerent ; ne tamen Apostolico muneri ali-
qua ex parte deesse videretur , quum præfertum martyrij certamen sibi nequa-

*Persecutio in eum
excitatur.*

*Ipsius Martyrj
narratio.*

quam declinandum putaret , confituta die , qua fuit vi i. kalend. Majas anno
taetoris MDCXXI . , certum salutis cupidior , quam vicefusus , ad praefatum Se-
vidensem Paginam tempestive peregit : Cumque in primis Omnipotenti Deo in-
niciatam Hostiam obvulset , sequitur Eucharistici Panis alimento robosaster .
Divina ardoris intencio sponte , sicutque voluntate jam Martyr , suggestum con-
cendit : In quo quam instantis mortis prefagium invenisset in hęc verba con-
scriptum : *Hoc te prædestinabili. O non omnia* : non ideo tamen formidine frac-
tus , nec de concepto zeli fervore quidquam remittens , cepit frequentissimo
populo libera voce , ut solebat , veritatem annunciare , bortarique errantes , ut
redirent ad Ecclesiam in memorem Fidei aliamnam , matricem beatę spei . Cum
subito et multis hominibus Temptum compleverit , qui impetu facto , insanisque
clamoribus clavis , concionem perturbant , emnque oannes in unum FIDELIEM
armis , festes , tela dirigerent , quidam ex ipsis ignito globulo exploso , irrito
quavis leuā eundem traiecte conatur . Tum denunt FIDELIS extremum si-
bi vita horam aduentus conspiciens , à cathedra descendit , & ante Majorem
Atrium in gema provolutus , quam se , vitam , & fanginem suum in holocaustum
Deo libens obvalisset , sumique agonem , Ecclesie pacem , ipso demum
persecutores suos , crudelia corda , cruentos animos , Domino commendasset .
securi Fidei , & letica spei armatus , per ostium è latere Ecclesia patens , ad non
dubiam mortem impavidus properavit . Quia in re non minor apparuit illius
magianimitas & fortitudo , quam si atrocissimos cruciatus , atque diuturnos
doles corpori suo inustos forticer patienterque tolerasset . Quis enim putes
minorem vim exhibitam esse homini , cuius animo praesentis mortis aspectus ,
perspicuum cædis perculsum , non sine tumultu horrendisque minis , obiectum
est ; quam si ipsis corpus afflictorum fuisset tormentis arque vulneribus , que for-
tes saepe viti naturali quadam virtute constanter tulisse memorantur ? Veritatem
hanc fortitudinem Milli suo donavit is , qui pro illo prior in Cruce sangu-
inem sudsit .

Vix itaque FIDELIS è Templo foribus modico spatio processerat , quum
imploratum manus cum gladiis , hastis , ferratisque fistulis cum circumstirent , ac ,
sarentiam belluarum more in ipsum irruebant , vulneribus supra viginti confo-
diunt , acutè immansimè contundunt . Ille autem sereno vultu horrendos ictus
excepit , sublatisque , quanti poterat , in Cælum oculis , latus & hilatis , quod
sibi datum est pro Ecclesiæ Fide gloriolam mortem occumbere , in manus Dei ,
cui omnia vivunt , spiritum exhalavit .

*De fama Sancti-
tatis , & Miracu-
lorum S. Fidelis .*

Invieta FIDELIS in perferenda morte constantia , Christianaque animi
magnitudo , cuius non suspecti testes facti sunt ipsi Sicarii , Hereticos quoque
in admirationem traxit , & alienus ex ipsis trentem ita illustravit , ut paulo post
ex magistrò erroris , discipulus heret veritatis . Catholici vero , quibus & illius
vitę sanctitas , & prædicationis veritas , & pretiosę mortis causa perspecta erant ,
minime dubitaverunt FIDELIS ipsum Martyri loco habere , ejusque opem apud
Deum in angustiis & necessitatibus implorare . Itaque septimo post mense con-
cisas FIDELIS exuvias ex eo loto , ubi primum humata fuerant , ad Ecclesiam
Curiensem , triumphali vultu pompa , Austriacis comitantibus copiis , atque
universo Clero & Pöpulo obviam prædeuntibus , detulerunt . Neque vero distulit
Altissimus ; editis signis atque prodigiis , ostendere quam accepta sibi essent
præstita Martyri suo obsequia , & vota fidelium ipsius interventionem commenda-
ta . Etenim ille idem Archiducis Austria Exercitus haud ita multò post contra
rebellantes illius Regionis Hereticos arma ferens , non occulto dumtaxat FIDELIS
præfatio , sed & ipsis visibili ductu , quem & complures Milites , & ipse
Martyris Dux , clarissima in luce , strictoque gladio sibi minitatem
conplexerunt , ipsisq; de perduellibus victorianam reportavit . Cumque innumer-
i quotidiē Fideles , qui se Martyris precibus commendabant , in rebus etiam natu-
ræ vires prætergreditibus , votorum compotes fieri se testificarentur ; eaque
fama per universam Ecclesiam in dies magis augeretur ; visum est Apostolice
Sedi , instante potissimum Venerabilis Cœtu S. R. E. Cardinalium negotiis Pro-
pagandæ Fidei præpositorum , (qui , post eam Congregationem constitutam , pri-
matu hunc ex Missionariis à se ablegatis pro Christo mortem oppertiisse gloria-
ban-

bantur), legitimas Inquisitiones atque Processus auctoritate Apostolica confisi; ut, si de FIDELIS martyrio pro Catholicis Fidei causa perpresso, & iuxta tu-
ritissimam Ecclesie Romane disciplinam, de miraculis preterea iphus intercessio-
ne à Deo patratis, rite constitisset; debitus ipsi cultus in terris, cum Sanctis
Martyribus, quorum consortium in Cœlis obtulerat, ab Ecclesia exhiberi
posset.

Cæpta sunt igitur usque à temporibus fel. record. Prædecessoris Nostri Urbani Papæ VIII. eoque annuente & jubente, hujusmodi Inquisitionum acta, qua per integrum ferè sacrulum continuata, tandem, instantibus clar. memor. Carolo VI. Hispaniarum Catholico, & Romanorum Règo in Imperatorem electo, & Charlissa in Christo Filia Nostra Elisabetha Christina earundem Hispaniarum Catholica, ac Romanorum Regina illiulti, nunc iphus Caroli Vidua, aliisque supremis Principibus, nec non prædicta Congregatione S. R. E. Cardinalium de Propaganda Fide, magnoque numero Antistitutum & Proterum Germanie, totoque prefato Ordine Fratrum Minorum S. Francisci Cappuccinorum, sub pia memoria Benedicto Papa XIII. similiiter Prædecessore Nostro ad examen deducta, & primo quidem pro validis agnita, mox ad eruentas Martyrii, & Miraculorum præditorum probationes, totius Congregationis Sacrorum Rituum judicio subiecta fuerunt. Cumque nos ipsi tunc in minori statu Promotoris Fidei munus gerentes, pro offici Nostri debito, quæcumque super duplice hujusmodi judicij capite animadversi, aut objici poterant, diligenterisimè adnotare, & tam voce, quam scripto deducere non omiserimus; triplici iphus causa examine, ut moris est, in prædicta Congregatione Sacrorum Rituum præmisso, idem Benedictus Prædecessor, auditio ejusdem Congregationis consilio, causaque cognitâ, die xxiv. Februarii anni MDCCXXIX. pronunciavit, constare de Martyrio in odium Fidei Catholica à FIDELI perpresso, ac de veritate quatuor potissimum Miraculorum ad invocationem ipsius Beati Viri à Deo editorum; quorum primum fuit, quod exerto in Arce Majenfeldensi maximo incendio, eo que inter aptissima ignis alimenta, ligna nimurum, & pyrii pulvris cumulos, increbesciente, invocata apud Deum FIDELIS ope, statim restinctum fuit; Secundum, quod Monialis quedam, nomine Cecilia Münsterin, horribili inflam-
matione mamillæ, cum suspicione cancri, plures jam dies excruciant, admotis gloriis Martyris Reliquiis, perfectam sanitatem illico recuperavit; Tertium, quod oculus Infantis Pauli Francisci Papuisin à primis iphus vitæ diebus humore diffusus, aperstoq[ue] foramine, & pellicula superinducta, excipienda luci jamjam ineptu, quum à medica facultate auxilium frustra quereretur, concep-
to à Matre voto in honorem iphus FIDELIS, naturali integratæ restitutus fuit; Quartum denique, quod Gaspar Stigher ob quinquennales dorsi dolores ad omnem ferè corporis motum impotens factus, quum se FIDELIS patrocinio commendasset, ad tactum mucronis, quo Dei Servus confosus fuerat, momento temporis convalescens, non itineri modo, sed & rusticis quibusque laboribus ipfa die se dedit, integris viribus exinde utens. Quare, auditio iterum præfata Congregationis consilio super tuto progressu ad formalem ipsius Servi Dei Beatificationem, idem Benedictus Prædecessor, per suas Litteras in forma Brevis data die xx. Martii ejusdem anni, ipsum FIDELEM in Beatorum Martyrum numero recenseri, ejusque memoriam, imagines, atque reliquias religiosè coli, Divina quoque Officia, & Missas in ipsius honorem à Fratribus Minoribus prædicti Ordinis Cappuccinorum, universoque Clero nonnullarum Civitatum & Oppidorum, celebrari permisit.

Cum autem Beati gloria, novorum prodigiorum famâ, & impensis Fidelium cultu in dies amplificaretur, & præfati supremi Principes, & S. R. E. Cardinales, aliqui per Orbem Antistites & Proceres, idemque Cappuccinorum Ordo pias super eo instances iterarent, placuit fel. record. Decessori Nostro Clementi Papæ XII. non solum Lectiones proprias de ipsius Beati FIDELIS vita, & Martyrio à prædicta Sacrorum Rituum Congregatione recognitas, ita ejusdem Officio recitari, ejusque nomen in Martyrologio Romano describi; sed etiam, reaßumptâ causâ, novos auctoritate Apostolica Procesus instrui concepsit super Miraculis, quæ post indultam ipsi venerationem accidisse dicebantur.

Aetorum seriens.

*Decretum de mar-
tyrio, & causa mar-
tyrii.*

*Miracula pro Bea-
tificatione appro-
bata.*

*Solemnis Beatifi-
catione.*

*Causa reaßumpta
pro Canonizatione*

Cum-

Cuique hujusmodi Processus ante omnia ritè, & validè confessos esse constituitur; ex quo uer Miraculis inibi recaefitis, & in predicta Congregatione Sacrorum Rituum semel, bis, tertio, auditio semper ore tenus & in scriptis Dilecto Filio Promotore Fidei, examinatis, duo pricipue reperta sunt plenissimis probationibus testata, & omnem naturam vim excedentia; quæ quum deinde Nos ipsi privatim studiis accuratissime discusserimus, ea tandem, invocato sepe Divini Luminis auxilio, solemnè Decreto Nostro, die xxi. Januarii anni MDCCXLIV, in Festivitate Cathedre Beati Petri Apostoli edito, approbavimus & publicavimus. Unum eorum accedit Dilecto Filio Fr. Candido à Mediolano. Sacerdoti professo, prefati Ordinis Minorum Cappuccinorum, qui epileptico morbo per decennium laborans, postremo infirmitatis sua anno nullam ferè diem, nullam noctem, ab iteratis, gravibusque ejusdem morbi accessibus liberam habuerat; & stomachi temperie labefactata, cibum retinere non valens, corporis viribus adeo delititus remanerat, vt in lectulo proiectus ne cibum quidem manibus suis ori admovere posset. Hic post inutilem plurium medicamentorum usum, Beati FIDELIS open implorans, ejusque Imaginem à Confessario sibi benedicto oblatam, devote mentis affectu veneratus, perfectam sanitatem, corporis que vires ac robur, nulla interiecta convalescentia mora, recuperavit; itaut ipsa die, communis Instituti observantiam resumere, & plurium milliarium iter peragere non dubitaverit, deindeque laboriosis quibusque officiis oebeundi idoneus, & à quocumque predicti morbi incurru exemptus extiterit. Alterum evenit in pueru Iosepho Kirner, qui antequam per atatem pedibus suis incedere posset, dira rachitide in inferioribus corporis partibus correptus, eaque jam per triennium perseverante, nullo modo poterat cruribus pedibusque se sustentare; Cum autem ipsius Mater ad Beati FIDELIS Aram supplex eum detulisset, ab Omnipotenti Deo obtinuit, vt statim consolidatis ipsius basibus, relativa fulcris, quibus corpus regere conueneret, per se ambulans & exiliens, Domum redierit, ac deinceps libero pedum, & crurum usu gavilis fuerit.

Decretum de tanta processu ad Canonizationem.

His itaque novis miraculis, ut prediximus, cognitis & approbatissimis, quamjam Beati Martyris glorificatio, ipsius Dei voce manifeste declarari videretur, accepto prius consilio Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, aliorumque in predicta Sacrorum Rituum Congregatione suffragium habentium, Spiritus Sancti lumine nostris aliorumque precibus implorato, tandem die xxiv. mensis Aprilis ejusdem anni MDCCXLIV. ipsius gloriiosi Martyrii anniversaria, post sanctum Sacrificium Deo oblatum in Ecclesia Fratrum Cappuccinorum, ad Altare, in quo exposita erant ejusdem Beati FIDELIS Reliquiae, publicum Decretum edidimus, quo causam hanc in predicta Congregatione ab solutam denunciantes, ad solemniem ipsius Beati Canonizationem servatis servandis quandocumque procedi possit declaravimus.

Pro cuius Decreti exequitione quum, preter superiori enunciatos, Chassisima quoque in Christo Filia Nostra Maria Theresia Hungarie & Bohemiae Regina Illustris, in Romanorum Imperatricem electa, aliisque Catholicorum Principes, & Populi, Ecclesiarumque Pastores demissas Nobis preces obtulissent, Nos, ut in tanto negocio nihil contra Sanctionum & Constitutionum Apostolicarum staruta, & tutissimum Praedecessorum nostrorum morem ageremus, primum quidem congregatis coram Nobis die xvi. elapsi mensis Aprilis in Consistorio secreto uniuersis Ven. Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, de predictis Beati Viri meritis verba fecimus, & adhibitas in hujus causa discussione, ad normam Decretorum Apostolicę Sedis, exactissimas diligentias, prolataque tum à Nobis, tum à Praedecessoribus nostris, ut prefertur, matura judicia, Nos ipsi distincte exposuimus: Cumque eorum unanimis sententia fuerit, ut supremam gravissimo iudicio manum, servata tamen consueta in hujusmodi causis tractandis Ecclesię Romane praxi, tandem imponeremus; Ideo accitis ad Urbem compluribus Ven. Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis per Ecclesias constitutis, ubi em primò Relationem de ipsius Beati vita, virtutibus, martyrio, ac miraculis, in publico Consistorio, coram Nobis universaque Ecclesiasticorum Ordinum confessu, per Dilectum Filium Virginilium Montecatinum nostrā Consistorialis Aula Advocatum ore tenus exponi; mox aliam ex authenticis

Confessorium Secretum.

Confessorium Publicum.

monumentis predicte Congregationis Sacerorum Rituum collectam ; scriptoque traditam, omnibus, & singulis, quorum suffragia exquirerantur, exhiberi mandavimus. Deinde die VII. currentis Junii, coactis iterum coram Nobis in Consistorio semipublico predictis S.R.E. Cardinalibus, tum etiam Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis in Romana Curia presentibus, adstantibus quoque Apostolicę Sedi Notariis, & Causarum Palati Apostolici Auditoribus, praedicatorum consulearum suffragia, & quidem omnia in unum sensum pro Beati Canonizatione convenientia, letantes audivimus; quorum etiam exempla à singulis subscriptis in Tabulariis Romanae Ecclesiae jussimus asseverari. Nos autem infirmitatis Nostræ consilii, ut spiritum consilii de Cœlo nostris atque fidelis populi precibus obtinere merceremur, generalibus indicis jejuniis, publicas in designatis per Urbem Ecclesiis obsecrations plurimum dierum spatio, concessa etiam in eum finem orantibus Indulgencia, fieri precepimus. Tum adveniente haec die Apostolorum Petri & Pauli natalicio dicata, solemnis supplicationis ritu ad Ecclesiam Beati Petri in Vaticano procedentes, una cum omnibus predicatis Ven. Fratribus nostris, ceterisque Romana Curie, & Nostra Auct. Prelatis, Officialibus, & Familiaribus, univerbioque Clero Seculari, & Regulari, & devotissimo Populo, Divinam opem advocantibus; auditis iterum enixis Christianorum Principum, Ecclesiarum, & Populorum postulationibus, quas Nobis representavit Dilectus Filius Noster Joachimus Tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum ejusdem S.R.E. Presbyter Cardinalis Portocarrero nuncupatus; post sacros Hymnos, Litanias, aliasque preces de more decantatas; ad laudem & gloriam Sancte, & Individue Trinitatis, ad Fidei Catholice exaltationem, & Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac Nostra, & de premislorum omnium Ven. Fratrum nostrorum consilio & assensu, predictum FIDELEM à Sigmarina Sacerdotem Ordini Fratrum Minorum S. Francisci Cappuccinorum, de cuius vita sancte traducta, & morte pro Catholica Fidei propagatione perpessa, deque miraculis ipsius intercessione patratris plenissime constabat, & constat, Sanctum Christi Martyrem esse pronunciavimus, & Sanctorum Martyrum Catalogo addi-criptum, ab universa Catholica Ecclesia honorari, & coli, decrevimus, definitivimus, & respective mandavimus; In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; Omnibus quoque Christi fidelibus, qui singulis annis die XXIV. Aprilis, vero presentes & confessi, Ecclesiam Cathedralem Curensem, in qua sacrum Martyris Corpus asseveratur, devote visitaverint, septem annos, & todium Quaque genas de injunctis, seu alias debitis penitentiis, eadem auctoritate misericorditer in Domino relaxantur.

Mox Omnipotenti Deo cum Angelis & Sanctis ejus humillimam gratiarum actionem, demisi, que preces per ipsum Sancti merita offerentes, ad sacram Beati Petri Apostoli Confessionem sacrolatum Missa Sacrificium cum commemoratione ejusdem Sancti FIDELIS Martyris, nec non Sanctorum Camilli, Petri, & Joseph Confessorum, Sancteque Catharinae Virginis a Nobis partes Sanctorum albo rite ad scriptorum, solemiter celebravimus, ac depique humiliatis in conspectu Domini Fidelibus cunctis ibi presentibus, plehiam omnium peccatorum Indulgentiam largiti fuimus.

Gratulemisi invicto Catholico Religionis Praesoni, cui donatum est pro Christo, non solum ut crederet in eum, sed etiam ut pateretur pro eo, atque ita per inobligatum tribulationis certamen, ad aeternum Beatitudinis triumphum perveneret in Cœlis, ubi cum pro Catholica Fidei dilocatione, & pro temporum Nostrorum tranquilitate, apud Auctorem pacis Nostre, & confirmatorem Fidei sue, depicatorem fore confidimus.

Ut autem premissa omnia perpetuæ futurorum temporum memorie commendentur, Nos ea presentium litterarum Apostolicarum tenore in omnium per universum Orbem notitiam deduci voluimus; mandantes, ut earumdem presentium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu aliquius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munatis, eadem ab omnibus fides habeatur, quæ ipsi presentibus adhibetur, si forent exhibita, vel ostensa.

9
Cardinalium &
Episcoporum suf-
fregiat in Consisto-
rio semipublico.

Solemnis Canoniza-
zione.

Indulgentie.

Presentium tran-
sumptis autoritas
tribuitur.

Sancto.

apostoli Nulli ergo omnino hominum licet paginam hanc nostrę definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti, relaxationis, & voluntatis infringere, vel ei auctu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare präsumperit, indignationem Omnipotens Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVI. i.e. Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno vi.

Anno vi. die 29.

Junii 1746.

Ego Benedictus Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Ego T. Episcopus Ostien. & Veltinensis. Card. Rufus Decanus, & S. R. E. Vice Cancellarius.

Ego A. Episcopus Portuensis Card. S. Clementis S. R. E. Camerarius.

Ego V. Episcopus Praenestinus Card. Petra, Card. Penitentiarius.

Ego P. A. Episcopus Albanen. Card. Carafa.

Ego V. Episcopus Sabinen. Card. Bichius.

Ego Nicolaus Maria Tit. S. Petri ad Vincula Presbyter. Card. Lercari.

Ego Fr. Tit. S. Mariae Transiberim Presbyter. Card. Burgesius.

Ego A. Tit. S. Stephani in Monte Cælio Presbyter. Card. Gentili.

Ego Fr. J. A. Tit. SS. Sylvesteri & Martini Presbyter. Card. Guadagni.

Ego T. Tit. S. Cecilia Presbyter Cardinalis de Aquaviva.

Ego D. Tit. Basiliæ Sanctorum Duodecim Apostolorum Presbyter. Card. Rivera.

Ego J. B. Tit. S. Mariae Angelorum Presbyter. Card. Spinula.

Ego R. Tituli Sanctæ Sabinae Presbyter. Cardinalis de Ilcio.

Ego D. Tit. S. Bernardi ad Thermas Presbyter. Card. Paschoneus.

Ego S. Tituli Sanctæ Priscae Presbyter. Cardinalis Valentii.

Ego J. F. Tit. SS. Quatuor Coronatorum Presbyter. Cardinalis Portocarrero.

Ego C. Tit. SS. Joannis & Pauli Presbyter. Cardinalis Paulatius.

Ego C. A. Tit. S. Marie de Pace Presbyter. Cardinalis Cavalchianus.

Ego F. Tit. S. Mariae de Populo Presbyter. Cardinalis de Ricciis.

Ego A. Tit. S. Sylvester in Capite Presbyter. Cardinalis Rufus.

Ego C. Tit. S. Marie de Ara-Celi Presbyter. Cardinalis Calzagheni.

Ego P. M. Tit. S. Agnetis extramuros Presbyter. Card. de Montibus.

Ego F. Tit. S. Matthiei in Merulana Presbyter. Card. Tamburini.

Ego

Ego J. Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbyter. Card. Besozzi.
 Ego Carolus S. Marie in Via lata Diaconus Cardinalis de Marinis.
 Ego Alexander S. Marie ad Martyres Diaconus Card. Albans.
 Ego Neri S. Sancti Eustachii Diaconus Cardinalis Corsinius.
 Ego Agabitus S. Sancte Agathae Diaconus Cardinalis Mosca.
 Ego C. S. Marie in Portico Diaconus Cardinalis Sacripantes.
 Ego M. SS. Cosme & Damiani Diaconus Cardinalis Bologneitus.
 Ego H. S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Cardinalis Columna.
 Ego P. S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Columna.
 Ego A. Sancte Marie in Aquiro Diaconus Cardinalis Tanari.
 Ego H. S. Adriani Diaconus Cardinalis Bardii.
 Ego D. SS. Viti & Modesti Diaconus Cardinalis Ursinus.

D. Card. Paschoneus. J. Datarius. Villa de Curia I. C. Boschi. J.B. Eugenius. Loco ✕ Plumbi. Registrata in Secretaria Brevium.

Concordat hoc exemplar cum litteris Apostolicis in formam transumpti redactis, publicatis, & ut supra mihi infra scripto Notario ad hunc effectum exhibitis a R. P. Fr. Antonio de Irlanda Ex Lectore Sacrae Theologiae, Ex Desfinitore, & Guardiano hujus Conventus S. Joannis Baptistae Cappuccinorum: in quorum fidem, ego infra scriptus Notarius, presens, licet Typis datum, signo, & subscriptione meis munivit requisitus in fidem. Granata die Januarii anno millesimo septingentesimo quadragesimo septimo.

காலத்திலே குறிப்பிட்டு வரும் சம்பந்தமாக
ஏனைய முறையிலே அதை விடுவது என்று
உணர்வு கொண்டு வரும் படிகளை விடுவது
ஏனைய முறையிலே அதை விடுவது என்று
உணர்வு கொண்டு வரும் படிகளை விடுவது

the following day, he was sent to the hospital at 10:30 AM. He was admitted to the hospital with a diagnosis of "acute appendicitis". He was operated on at 11:30 AM. The appendix was removed. The patient was discharged from the hospital on the 10th day.